M I M

1 6 4 8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

~~E. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glauchensis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-1800715757-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

Frankfurter Personalschriften.

168

Gedichte zu Hochzeit, Tod, Amtsantritt usw. von Angehörigen der Universität und Stadt Frankfurt a. O. Aus den Jahren 1592 bis 1648.

Ein Verzeichnis befindet sich im alphabetischen Katalog des Beamtenzimmers.

19

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S. *
Nv 827
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

Novis Nuptÿs

Clariſs: & doctiſs: viri,

M. IOANNIS CNO-BLOCHII, LATINAE LINGVÆ PROFESSORIS

SPONSI.

ET

Lectiſsimæ Virginis

MARGARETHAE ME-NOVIAE AMPLISSIMI ET CLA-

riſsimi Viri, DN. *CASPARIS MENOVV*
Illuſtriſsimo Electori Brandenburgico à
conſilijs piè defuncti filiæ chariſsi-
mæ SPONSAE

*Kal. Maij Francofurti Marchio-
num celebratis*

Gratulantur Adfines.

Francofurti Marchionum,
Typis Andreæ Eichorns, Anno 1598.

Clariſsimo Viro
M. IOANNI GNOBLOCHIO
Sponſo ornatiſsimo,
Adfini chariſsimo.

Sat cito, ſi bene ſat, vetus eſt ſententia: vulgo
Non minus ac doctis ſemper in ore viris.
Scilicet eximijs nulla ætas rebus apertum
Claudit iter: ſi quis convenienter eat.
Nubere nec cuiquam aut ſociam ſibi iungere vitæ
Serum: ni pectus debile, corpus iners.
Quid? quod & expediat ſacros differre hymenæos:
Dum veniant anni pectoribusq; vigor.
Ipſe adeo, luſtris ſeptem definijt aptum
Coniugio tempus, ſummus in orbe Sophus.
Ergò colla jugo ſubdis doctiſsime Sponſe
Sat cito: dum ſubdis ſat bene colla iugo.
Sat bene, non dubito. nec enim probo, quod male ſa-
Vulgus ait, Maio nubere menſe malas. (nus
Sat bene, cur dubites? Tibi iam maturuit ætas:
Robur habet corpus, mens animusq; vigent.
Sat bene quis dubitet? Tibi Sponſa venuſtula pectus
Vſtulat: & gratâ te face torret amor.
Margaris eſt verbo tua Nupta & Margaris eſt re:
Immò margaridas anteit una alias.

Cerne

Cerno genus, Pater eſt: ah quid dixi eſt? fuit æqui
Conſultus iuris: ſedula Mater apis.
Cerne animum: is niveus: corpus, valde illud hone-
Cæſia ſeu ſpectes lumina, ſive genas. (ſtum:
Seu niveos videas digitos; ſeu cætera membra:
Quæ roſeo tinctus ſanguine candor alit:
Sed melior formæ hanc ſpectator laudet: in ipſo
Mens animo, inq; ipſo corpore fama placet.
Qui citò ſat, bene ſat cœpit conſenſus amoris:
Sat diu is ô duret, ſat bene creſcat idem.

M. Chriſtoph. Neander Profeſſor Ethicus αὐτοσχεδιασὶ ſcribebat.

ALIVD.

IOHANNES CNOBLOCH
ἀναγραμματισθεὶς.
NOBILE HOC, HANC NOS

NObile divitiæ donū; mage NOBILE at Hoc
Cum venit in caſtum culta puella torū: (eſt:
Cui Deus indulget formam: famamq; parentes
Conciliant: virtus munit ad aſtra viam.
Inprimis quæ corde Deum toto timet: eius
Mandatis parens, relligionis amans (auctam
HANC NOS, HANC cupimus veris virtutibus
Intrare in noſtrum luce favente torum.
HANC ſequor inprimis, ipſā HANC ante omnia
Sive eat in tenebras, ſive ſit orta dies. (quæro:

Hæc mihi curarum requies: hæc nocte erit atrâ
Lumen: & in ſolis hæc mihi turba locis.

MARGARETA MENO
per anagrammatiſmum
RE GRATAM: MANEO.

ME, RE multiplici GRATAM lectiſsime Sponſe
Accipis; & MANEO, dum mihi vita manet.
Ecce tibi GRATAM primùm divina voluntas
Me facit; & MANEO ſuppeditante Deo.
Me facit & GRATAM tibi cura domeſtica: quam ſic
Partimur, Tu ſis ut caput ipſe meum.
Imperium in famulas mihi credas atq; culinam;
Hæc ultra non eſt fervida cura mihi.
Me quoq; mox GRATAM tibi reddent pignora lecti:
Dummodo conatus adiuvet ipſe Deus.
Deniq; quâ potero, tibi me ratione probabo
GRATAM, ut ſis Sponſæ lætus amore tuæ.

Votum auctoris.

ERgo quod eſt reliquum præſtantē corpore Nympham
Gratulor ex animo: ſint pia vota rata.
Margaris hæc tecum ſociales impleat annos:
Creſcat, uti cæpit, Cnoblochiana domus.

M. Paulus Fendius Eccleſiaſtes Megagandrinus.

FINIS.

T. M.

Hunc igitur gradilem quoq praetervectus es annum,
Vix sine qui noxâ creditur ire viris,
Quo super occiduam legem posuêre vetusti,
Exemplo multi quod docuere senes,
CLARE Vir ô nostri lux magna Magire lycêi,
Barbaries pôrgit cui superata manûs,
Insidiis crebrô petiit te Parca protervis,
Eximiis cupidè sueta nocere viris
Frugéque multiplici conatur frangere fructus
Invida sic studiis ~~creditur~~ cernitur esse bonis.
In castris tamen hancce suis Aeterna cecîdit
Quae summo venit nata Parente Salus,
Non cladem inferri studiis ea passa decoris,
Quêis labes praestô te moriente foret.
Ergô adeo tecum persolvo sistra libenter
Autori vitae pectore & ore DEO
Qui tibi perpetuam clemens velit esse salutem,
Et vitae adjiciat secula multa tuae.

Sic matrona tui reverens optaverit Uxor,
Quæ radiis fulget pulchra, corusca tuis:
Sic studiosa tuo quæ pendet ab ore docentis
Discendi flagrans optima, amore cohors,
Sic aspirantes laudum ad fastigia Nati,
Doctrinæ existunt qui simulacra tuæ:
Sic qui te studio viri coluere perenni,
Mirati varias cognitionis opus,
Candorique tuo se commisere volentes
Ut sibi præsidio Nominis umbo foret
Quos inter si me digneris habere faventer
In magna laudis duxero parte mihi,
Quantumvis rudior testetur pagina cultum,
Canitiem veneror quo sine fraude tuam.
Qui me perpetuo immeritum dignatus amore es,
Jussistique tuam sponte patere domum.
Hujus ego æternum cupio meminisse favoris
Atq tibi atq tuis prospera cuncta precor,
Magne Vir et nostri celeberrimum fama Lycei
Aeterna insigni vive MAGIRE bono.

Nuptiis I. D.

Magna tibi incumbit longè gravissima cura
Flos juvenum, ... prosate gente boni
Non modò namq salem curas Princeps ita jussit.
Saxa molaria sed te qq amice premunt
Audiit Elector, credo, de robore Magnus
Corporis ac animi plurima saepè tui.
Has tibi propterea partes commisit a,, scendas,
Queis te jamdudum noverat esse parē
Non levis aut parva est provincia ta,, lis habenda
Nam duo sunt, quibus haec vita carere nequit.
Queis es Praefectus Spartā dignandus honestā
Civicus ordo tibi rustica plebsque,, favet
Ecquid agas solus, sociam tibi quaere fidelem
Sisyphium tecum quae pia portat onus
Opprimerere aliàs curis immerse profun, dis
Partiri discas, experiere leves
Quaesisti, fama est, cultámq probámq puellā
Quae tibi laeta lubens supposituum latus.
Debet ea ipse piis morata parentibus ortū,
Et verā CHRISTUM religione colit.

Nec pietatis amor sincerus deseret illam
Auspiciis salve Sponse precate bonis.
Hic exercebis laetus labra atq molares,
Cum Sponsā misceas salsa, scilicet joca
Quae Venus: ad thalamum stans dilaudabit amoena
Et quinctā tingens oscula parte sui.
Sponsa tibi officii pondus studiosa levabit
Imminui curas ut fateare graves.
Fortiùs ergò insta, tibi curae sitq salinum
Tu quoq jam molitor perge rotare mo, lam
Sic voveo at qui non didici factura farinam,
Cui Pater ille tuus charus amicus erat.

Inter adversaria mea repertum carmen
in jacturam librorum meorum
in deflagratione urbis Crosnae Ao CHR. 1631.
partim ignis vi absumptorum
partim à militibus ablatorum.

Impius in nostros invasit miles amores,
Nec dubitat positâ dicere fronte suos.
Prostituit, lacerat, nec in usus vertit honestos,
Ista meum scindit foeda rapina jecur.
Quaeris, qui nostri sint, qui dicantur amores?
Nempe mei soli sunt in amore libri.
Hos mihi fatalis queîs ira pepererat ignis
Quo patria in cineres tota redacta jacet;
Hos mihi sacrilego rapuit stratiota tumultu,
Cum tamen haud uti natus ad arma queat.
Redde mihi ereptor scelerate Lavernio amores,
Res proprias nobis tactus nulla tibi est.
Quos ego surreptos mihi lugeo, reddito libros,
Alioqui nanque meos injicioque manum.
Si quid habet veri, sed habet sacra pagina, raptor
Quod fecisti alijs perpetieris idem:
Aut tibi diverso scribetur litera longa,
Discipulus quando conficiere crucis.

D. O. M. S.

Tumulus Sebastiani Bläsingers Francofurt. Marchiti, inferiorum classium in Scholâ Patriâ Praeceptoris industrij

Prima docere tibi pueros elementa tenellos,
In tenui labor, at non sine fruge fuit.
Ocius ex isto BLASINGI carcere missus
In coelis CHRISTO praemia dante capis.

Natus anno CHR. 1606 d. 18 Decemb.
Ob. Ao 1640 d. 4 Maji

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-1800715757-18

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptistæ Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclæ in Racovo,
cum gradum Magisterij nancisceret Decano
M. Theodoro Eberto 17 Calend. Maij
A. 1624. ætatis meæ 19.

Ito bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Quò te fata vocant, ito bonis avibus.
Magnum opus adgrederis, sed, quod tibicine fultus
Numinis ætherei, fortiter expedies.
Imbuet orantis linguam locuplete Suadâ,
SPIRITUS Orator cœlicus ille, tuam.
Seminium dissperge DEI per cordium agellos:
Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.
Et vineta DEI assiduo accubuóq labore
Percole, quo fructûs mille, supraq ferant:
BAPTISTAM ex cathedrâ BAPTISTA imitare tonantem
GEBELI! verâ pro pietate puta:.
Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos
Erige, confuta dogmata vera minus.
Sic vivente volent tecum partirier annos
Prospera dicentes queis sacra dicta feres.
Sublatisq olim manibus, sine pondere terram
Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,
Cùm tuba te ruptâ tumbâ revocabit ab umbris,
JOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;
Ambrosiâ rursum te pascam & nectare; quare
Magna cape astrati præmia, carpe, poli.
Hoc penitis animi penetralibus opto, precorq
JANE mihi multo n nomine chare! VALE.

N° 827

TA-FL

ULB Halle 3
002 062 674

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-192015415-1800715757-18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18

* * * *

meas Puer, & tua tela retorques?
a regunt, Fata vel ipſe regis?
ſurdum tibi Fata dediſſe ſubacta,
ata regit, Fata ſed omne regunt.
u clamat Pagina ſacra,
tadas, non Puer ille nocens.

Læto animo Iq; m.
fuſum transmittit
Francof.
Samuel Laurentii, Gubenas.

29.

Novis Nuptijs

Clariſs: & doctiſs: viri,

M. IOANNIS CNO-BLOCHII, LATINAE LINGVÆ PROFESSORIS SPONSI.

ET

Lectiſsimæ Virginis

MARGARETHAE ME-NOVIAE AMPLISSIMI ET CLA-

riſsimi Viri, DN. CASPARIS MENOVV Illuſtriſsimo Electori Brandenburgico à conſilijs piè defuncti filiæ chariſsi-mæ SPONSAE

Kal. Maij Francofurti Marchio-num celebratis

Gratulantur Adfines.

Francofurti Marchionum,
Typis Andreæ Eichorns, Anno 1598.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-1800715757-18